Nobilissimo et Amplissimo Viro,
Constantino Hugenio,
ob beneficentiam et affinitatem
magnopere mihi honorando, Albertus
Rusius S. D. P.

Quod negotium meum, ingenti benignitate susceptu,
majori etiam fide exequaris, Vir Nobilissime, vete-
ribus Tuis in me Fratremq meum meritis gravis
accessio fit. A. Dauberi mentionem apud D.D. Cura-
tores esse factam, ex aliis quoq compertum habeo:
Sed certi quid de eo vocando constitutum ignorant
illi, qui quid hac in re agatur se ignorare non posse
existimant. Et, si constituatur, frustra id fore per-
tendunt splendidi illi honores politici, quibus, sibi in
hasta fruitur; quod Tecum colligo, etiam inde, quod
primariam Juris professionem (super qua et animus
meus fuit exploratus) Attalicis conditionibus sibi
a Groninganis abhinc biennio, et quod excedit, delatam
constanter recusaverit. Ob illas itaq cogitationes
non decollat spes mea; quam ut apud Virum illum
potentem, Tibi familiarem, promovere pergas, ego
rogare pergo; istud et reliqua Tua in me Fratremq
meum beneficia, quemcunq etiam conatus nostri
eventum sortiantur, gratissimo animo agnitu-
rus, dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit
artus. Vale pugilice, Vir admodu observande.
Amstelædami A. Ch. CIƆIƆCLVIII. XI. Cal. Febr.

Syl. M.S. Nr 192.

© British Library
Add MS 22953, f. 217-218
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4741



© British Library
Add MS 22953, f. 217-218
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4741

Nobilissimo et Amplissimo
Viro Constantino
Hugenio Equiti, Topar
cha Zulichemi etc., Celsiss.
Principi Auriaco a Consiliis.

Hagam

© British Library
Add MS 22953, f. 217-218
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4741

Nobilissimo et Amplissimo
Viro, Constantino
Hugenio, Equiti, Topar
chae Zulichemi etc., Celsiss.
Principi Auriaco a Consiliis.

Hagam

© British Library
Add MS 22953, f. 217-218
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4741